



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Decretvm Sacrae Congregationis Concilij, quod in collatione Parochialis Ecclesiae jurispatronatus mixti non requiritur forma examinis per forma examinis per concursum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

V. initio Breviarii, & Missali positis, quod felicet non satis faciant muneri recitandi divini officii, quo verò ad utentes supradictis Missis sub aliis pœnis contentis in Indice librorum prohibitorum ex decreto S. Concilii Tridentini edito.

Et ne præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit ab aliquo pretendi, neque oblivio irreperere, eadem Sacra Congregatio voluit & mandauit decreta huiusmodi affigi in Sacrariis omnium Ecclesiarum tam sacerdotalium, quam Regularium, etiam Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, & aliarum quatumcunque in eisque perpetuò affixa affervari.

Facta demum relatione horum decretorum Sanctissimo D. N. D. Urbano Papæ VIII. idem Sanctissimus ea laudavit, approbavit, atque ab omnibus ubique sub prædictis pœnis servari præcepit. In quorum fidem manu & Sigillo Illustrissimi & Reverendissimi D. Cardinalis Deti præsens decretum signatum, & munitum fuit die 8. Aprilis 1628.

*Ioannes Baptista Card. Detus.*

*Locus + Sigilli*

F. Fulvius Benignus Secret.

*Roma ex Typographia Rev. Camera Apost. M. DC. XXVIII.*

**DECRETUM SACRAE CONGREGATIONIS CONCILII, quod in collatione Parochialis Ecclesie jurispatronatus mixti non requiritur forma examinis per concursum.**

**SACRA CARDINALIUM CONGREGATIO**  
Concilii Tridentini interpretum censuit in collatione Parochialis Ecclesie jurispatronatus mixti non requiri formam examinis per concursum, sub die 5. Februarii 1628. Vidi & legi originale propriam, quod assertatur apud D. Julianum Vivianum Pisana Ecclesie Decanum, de quo ipse meminit in fine sua praxis jurispatronatus novissimè edita, & ideo secundum hoc decretum corriges. & emendabis que cum communis Doctorum opinione dixi supra. alleg. 58. n. 17.

S. D. N.

**D. URBANI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.**

### CONSTITUTIO.

Contra Ordinantes & male Ordinatos.

*Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.*

**SECRETIS** æternæ providentiae consiliis, nullonostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israël, in sublani Apostolatus culmine constituti, eo potissimum Pontificia sedularis officia convertenda esse arbitramur, ut qui insortem Domini vocantur, Christique Militia dant nomen, spiritualem Ecclesiae tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirment, vires augeant ac tam strenue se gerant, ut ipsam terribilem, quasi castorum aciem ordinatam, inferæ portantes,